

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorvm Evangelicorvm D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in
Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In
Sacrosanctum Euangeliū secundūm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

30. Ego & Pater vnum sumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

solam fiduciam diuinæ benevolentiæ. Si enim ad elationis vitium opprimendum necessarius est perpetuus timor, & peculiari electionis ignoratio; quanto magis ad tam impiam præsumptionem opprimendam idem necessarium erit! Si quos certò constabat Christo electos esse, eosdem ad perseverantiæ fidei & charitatis hortatur Christus, (hoc est enim manere in Christo) quanto magis quos ex nulla revelatione constar electos esse, seipso perpetuo hortari, & sollicitè contendere debent, ut maneant in Christo, non fide tantum & fiducia, sed charitate, & faciendo voluntatem eius! Sed contra hanc execrandam securitatem & certitudinem electionis particularis quam ex hoc Euangeliō stabilire Caluinus voluit, propter illa Christi verba, *Nemorapiet oves meas de manu mea*, quum alia innumera utiliter dici & adferri possint, his paucis contentus ero: tum quia haec pauca præsentia insituto sufficiunt, tum quia de hoc argumento latius alibi disputauimus.

*In opere de
Iustificat.
lib. 9.*

30. Ego & Pater vnum sumus.

Ariana
hæresi re-
fuscaranda
Caluinus
aperuit.

Ioā. 10.38.

Qum haec verba cum ex ipsa contextus consequenti, tum ex doctissimorum & vetustissimorum Patrum expositionibus, unitate substantiæ & existentiæ diuinæ in Christo cum Deo Patre luculenter doceant; impius Caluinus & rem ipsam hoc loco negat, & veteres Patres disentē reprehendit. Sic enim in hunc locum scribit. *Abusi sunt hoc loco veteres, ut probarent Christum esse Patri ḥyssopū consubstantialem.* Neque enim Christus de unitate substantia disputat, sed de consensu quem cum Patre habet: quicquid scilicet geritur à Christo, Patris virtute confirmatum iri. Sic iterum quum Iudæi propter haec Christi verba melius intellecta quam intelligere voluit Caluinus dicerent eum blasphemare, quia cum homo esset, faceret seipsum Deum, Christus eorum intelligentiam non corriget aut reprehenderet, sed comprobaret & confirmaret dicens. *Si mihi nō vultis credere, operibus crediti, ut cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patri,* (ad quæ verba statim quærebant eum apprehendere, quasi iterum repeatentem se Patri æquale esse) haec rursum verba luculentissima in fauorem Arianae hæresis, iterum depravit Caluinos dicentes. Idem repeatit Christus quod supra alijs verba dixerat: *Ego & Pater vnum sumus.* Pater (inquit) in me est, hoc est, diuinæ virtus se in me profert: Et ego in Patre sum, hoc

est, nihil ago nisi auspicijs Dei: ita ut mutua sit inter me & Patrem coniunctio. Neq; enim hic de essentia & unitate sermo habetur, sed de manifestatione diuine potentie in Christi persona, unde constabat diuinitus missum esse. Hæc ibi. Eodem adhuc modo, eadémque impietate, eadē Christi verba in postremo ante passionē sermone studiose repetita, vt discipuli eum id crederent esse quod erat, Deum verum Deo Patri æqualem, deprauat iterum Caluinus. Dicenti enim Philippo, Domine, *Ioan. 14.*
Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, respōdit ei Iesus: Philippe,
qui videt me, videt & Patrem meum. Non creditis quod ego in
Patre & Pater in me est? & rursus: Non creditis quia ego in
Patre, & Pater in me est? Alioquin propter ipsa opera credite.
Hæc verba (ait Caluinus) non ad diuinam Christi essentiam
refero, sed ad modum reuelationis. Nec simpliciter disputat
Christus quid sit in se, sed qualis debeat agnosci à nobis. Virtus-
tis potius quam essentia elogium est. Hæc ille ibi. Luculentissi-
ma diuinæ Scripturæ verba, quibus Christus verus Deus, &
Patri, quoad substantiam, æqualis probatur, & contra impios
Arianos à doctissimis Patribus probari semper solet, homo
procax & superbus, vel vt Arianæ hæresi fenestrarum aperi-
ret nouam, vel vt præter ac supra veteres eruditissimos ac
sancitissimos Patres aliquid singulariter sapere videretur, pe-
nitus deprauat.

Et primū quidem ex ipso contextu, de unitate substantiae, & non voluntatis, Christum dixisse, *Ego & Pater unum sumus, ipsa causa dicendi manifestè docet. Quū enim electos vocasset ones suas, & se eis vitam eternam dare affirmasset,* addens quoque quod nemo raperet eas de manu eius, quia hæc omnia diuinæ solius potestatis essent, ideoque Iudæis hæc à Christo nimis arroganter dicta videri possent, dupli argumento potestatem suam confirmat. Primū, quia vt homo à Deo Patre summam potestatem ipsamque diuinitatem naturæ suæ humanæ hypostaticè coniunctam accipit, *Pater meus*, inquit, *quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris: vbi intelligitur conclusio, Ergo nec de mea.* Alterum argumentum est, quia ipsem Deus quoque est, & eiusdem cum Deo naturæ ac potestatis: propter quod dicit, *Ego & Pater unum sumus.* Sic hunc locum tractat D. Basil. lib. 1. contra Eunomium. Eodem modo interpretatur Ambrosius lib. 3. cap. 18. de Spiritu S. & de fide lib. 1. cap. 1. Chrysostomus quoque homil. 60. in Ioannem, vbi notat optimè inferri. *Si unius sunt*

*Arianis-
mus Cal-
uinii refu-
tatur.*

potentie & virtutis, esse etiam unitus & eiusdem substantia.
Quare hunc imprimis locum opposuerunt Patres Arianisti
Filiū Patri nec ὁμοούσιον, nec οὐνόματον, sed ὁμοηγέτεον: id est, nec
similis tantum naturæ (ut olim Eunomius) nec simul haben-
tem essentiam, quasi radicalem ac primitiām à seipso, ut ho-
die Caluinus) sed consubstantialem, sive eiusdem planè sub-
stantiæ cum Patre, id est, à Patre, non à seipso, quia Deifilius
est. Sic Athanasius scrin. 4. contra Arianos, & aliis multis in
locis, & Hieronymus ad Esa. cap. 6. Glossa autem Caluini, quod
de consensu voluntaris, non de unitate essentiæ Christus illa
verba dixit, ipsissima fuit Arianorum euasio, ut refert S. Au-
gustinus, eamque refellit contra Maximiniū Arianorum Epis-

copum lib. 1. ca. 12. & lib. 3. cap. 22. Hac sane ob causam nosi-
bodie Ariani in Transsiluania & Polonia, in publica dispu-
tatione cum ipsis Lutheranis & Caluinistis habita, circa hanc
atheismus loci sententiam Caluinum iudicem appellavunt, & ab ipso
heretico-

Caluino Ariana se accepisse doctrinam professi sunt. Quo-
in Transsiluania sicuti ex Catholicis sicut Lutherani, er Lu-
*theranis Caluinista, sic ex Caluinistis sicut noui Ariani, & si-
cuit Caluinista multa à Luthero se accepisse ostendunt, pro-
ppter que deserto Luthero sua singularia dogmata ipse Zvi-
ngius ac Caluinus orbi obtruserunt; sic Ariani multa se tam a
Luthero quam à Caluino accepisse profidentur, propter que
desertis utrisque Ariani esse malunt quam Catholici Chri-
stiani. Intercetera autem hic unus locus & alia à me circa
tanto studio à Caluino depravata, hanc audacibus & impiu-
*hominibus occasionem dedit. Quo nomine recte & me-**

ritio Caluinistas accusat primarius quidam Lutheranus, Ia-
cobus Andreas Smidelinus, Tubingensis Academiæ, ut seipsum
refutat, Doctor & Cancellarius. Minime (inquit) mirandum
est, ex Caluinianis in Polonia, Transsiluania, & Hungaria, qui-
que in locis, quamplurimos ad Arianismum, quosdam etiam ad
Mahometismum accessisse, quorum impietati hac Caluiniana de-

clrina viam parat. Hæc ille, citatis quibusdam Caluini in
Christum blasphemis, & diuinæ Scripturæ depravationibus
Vix enim apud Ioannem (qui diuinitatem Christi maxime
astruebat, propter ipsum erinthum qui eam negabat) ve-
Ius locus est qui Christum esse Deum doceat, quem suo fa-
mento Caluinus non corrumpat. Præter loca superius de-
ta pauca adhuc adiiciam. Ad illa Christi verba, Pater dicit
Filiū, & omnia demonstrat ei qua ipse facit, Patres reprehe-
dit, qui ex his verbis Christi diuinitatem astruunt. Dicitur

In Praefat.
refutat,
blasphemis
Apolog.
Danai,
an. 1583.

Ivan. 5

enim Pater demonstrare Filio omnia quæ facit, quia cognitionem quam habet Filius, Pater dat. Communicat enim Pater Filio scientiam cum essentia, & hoc est demonstrare: sicut Filium discere à Patre, seu videre facientem Patrem, est accipere cognitionem à Patre sicut & naturam. Sic hæc verba exponunt doctissimi Patres, Cyril. Alexand. & S. August. in suis ad hunc locum commentariis. Sed hic bonus Caluinus, magis Arianis fauens quam doctissimis Patribus deferens, ait. *Cyril. lib. 2. cap. 137.*
Quam dura sit & coacta veterum expositio, nemo non videt. August.
Quod autem illic adfert, ita durum & coactum est, ut Christi disputationem, qui se hic Deo æqualem ostendere voluit, in Ioan. proslas inanem faciat. Simili arrogantia & impietate vtitur in illis Christi verbis: Hunc enim Pater signauit Deus. Causam illuc reddit Christus non solùm cur filius hominis cibum vi- tæ æternæ dare possit, sed etiam cur caro ista secundum quam erat filius hominis, cibus possit esse vitæ æternæ: quod viru- que in p̄cedentibus dixerat. Nempe quia hunc Pater signa- uit Deus: id est, huic homini Pater velut sigillo diuinitatem impressit & vniuit. Sic hunc locum exponunt S. Augusti- nus, S. Hilarius, & S. Cyrrillus Alexandrius, omnes hæreti- corum sui temporis antagonistæ fortissimi, & Scripturarum interpres diligenissimi. Sed horum sententiam in fauorem Atianorum rursum taxat Caluinus. Perperam hunc locum ve- teres ad diuinam Christi essentiam torserunt, quasi signatus di- catur, quia character est & expressa imago Patris. Hæc est rur- sum hominis arrogantia qua Patres taxat, & impetas qua Catholicos contra Arianos exarmat, & fortissima diuinarum Scripturarum tela è manibus eripit. Sed non est hic impie- tatis eius finis aut arrogantiæ modus. Quum illa Christi verba, Non possum ego à meis facere quicquam, studiosè admodum exponant SS. Patres, vt diuinæ eius naturæ nihil præ- iudicent, idèoque tam secundum ditinam naturam quam se- cundum humanam illa intelligi posse doceant; secundum diuinam quidem, quia sicut essentiam sic omnem operatio- nem à Patre accepit, cuius filius naturalis est, (in quem mo- dum Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, & Cyrrillus ha- verba interpretantur,) secundum humanam verò, quia iuxta illam à Deo totum accepit quod habuit, sicut & nos, vt idem Cyrrillus & D. Hieron. lib. 2. aduersus Pelagianos accipi posse iudicant, totam hanc SS. Patrum diligentiam & iudicium Caluinus pro more suo flocci faciens, magisque Arianis pa- trocinari, quæm doctissimis Ecclesiæ luminibus subscribere

in Ioan.

August.

in Ioan.

volens, ad eundem locum ita garris. Superuacuum fore hic subtiliter disputare, à seipso an aliunde possit filius Dei, qui ad atername eius diuinitatem spectat. Neque enim talibus argumentis nos occupare voluit. Proinde nulla erat causa curse tamquamxiè torquerent veteres in repellenda Ariy calumnia. Hæc id est.

Caluini co homo impius facit, ut suam peculiarem & nouam attributum propria haec tutæ in filio Dei, qua vult filium Dei à seipso Deum esse, non resistat circa à Patre, aliquo modo stabiliat. Quam eius nefariam hæc est, filius Dei, ut & alias permultas, circa Beatiss. Trinitatis ac Christi diu-

In Dialo- gis contra 174. heret- ses Caluini nitatis mysteria, ex ipsis Caluini scriptis diligenter collegit docteque refutavit, Franciscus Feuardentius Gallus, vice fide Catholica præclarè meritus.

Iean. 14. Vnum adhuc exemplum adiiciam, quo Caluini impius luculentior appetet. Celebris est ille sermo quo Christus dixit, Pater maior me est, nec in ore Arianorum aliquid fremitus. Illi enim (ait ad hæc verba Caluinus) ut Christum preferrent quendam esse secundarium Deum (sic ille Arianorum sententiam refert, quasi ideo hæresis damnata essent, quod si unum Dei à Patre, & ex Patre esse, ac ratione originis secundum indicuinis personam dicarent, quod reuera Caluinus negat, modò dictum est; quum potius ideo hæretici fuit, quia Christum esse Deum omnino negabant, & creaturam esse, quamvis non sicut cæteras creature, impie asserebant) dicebant minorem esse Patrem. Patres orthodoxi, ut tali calumna ansam præciderent, dicebant hæc verba debere ad humanam naturam referri. Atqui ut impie (nempe in sensu Caluinum explicato) hoc testimonio abusi sunt Aiani, ita nec recte consentanea fuit Patrum solutio. Hic enim neque de humana Christi natura, neque de aeterna eius diuinitate sermo habuit. Hæc ille impius: quasi Christus hoc loco disertissime sua exaltatione non sit loquutus. Vado (inquit) ad Patrem,

Orat. 2. eot. Arianos. quia Pater maior me est, id est, vado exaltandus & glorificandus, deposita iam exinanitione ac humilitate mea, completa dispensatione quam suscepit. Patres tamen diligentissime ha-

Lib. 4. cōtra Euno- mium. verba expendunt ac trutinant, & vel ratione originis Patrem esse ut Deo maiorem vocasse Christum exponunt (ut aliquando Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Hilarius, Origene, Theolog.

Lib. 9. & 11. de Tri- nitate. vel ratione humanitatis, quod clarum ac perspicuum est, idem Hilarius lib. 9 & D. Augustinus tract. 78. & Leo Magne-

Homil. 2. sermones 3. de Pentec idem quoque Athanas. in disputacione contra Arianos in Conc. Nicæno, & coram Probo iudice, si indubiosos, deinceps Cyrillus in Iean. lib. 10. cap. 9. Neutrum tamen al-

mīx

mittit Caluinus, magis eligens Arianorum causam in medio
relinquere, quasi neendum fatis refutatam, quam grauissimo-
rum Patrum iudiciis sese accommodare. Minus nunc miretur
quisquam si in dogmatibus hodie controversi tam procaci-
ter Caluinus cum suis vniuersae Antiquitatis testimonia ac
iudicium reiicit, postquam in eo dogmate quod nobiscum
amplecti videri vult, Patrum tamen expositiones penitus ne-
gligit atque contemnit. Sic nempe nouis Arianis latissimam
fenestram aperire Caluinus voluit. Idem in Iudæorum gratiâ
quam diligenter præstiterit, ex multis diuinæ Scripturæ testi-
moniis insigniter è Caluino depravatis luculentet ostendit
Aegidius Hunnius in Academia VVitebergensi Professor.

*In libello,
Caluinus
Iudaizans
an. 1593.*

IN IOANNIS CAP. XI.

In fremit spiritu, & turbauit semetipsum.

DOCT apertè hic locus, docentque doctissimi Pa- Christus
tres, turbationem hanc, quam Christus hic osten- humanos
dit, non fuisse in eo, sicut in nobis frequenter est, affectus li-
nuoluntariam, sed liberam, liberèque pro tempo- berè suscep-
re & loco à seipso certa deliberatione assumptam. Dicit enim
textus: turbauit seipsum. Non dicit, turbatus est. Sic instantे Matt. 26.
passione, cœpit contristari & mœstus esse: id est, quando vo-
luit, & ante vllam iniectam necessitatem, liberè suos affectus
ad tristitiam & dolorem voluntarium, proposito sibi immi-
neatis passionis obiecto, excitauit. Quare D. Hieronymus In Com. ad
ad illum locum. Aliud est contristari, aliud incipere contrista- cap. 26.
ri: quia propassio in Domino erat, passio humana non erat. Sic Matth.
D. Augustinus in hunc ipsum locum. Turbaris tu nolens, Tract. 49.
turbatus est Christus quia voluit: Esurivit Iesus, sed quia in Ioann.
voluit: Dormiuit, sed quia voluit: Contristatus est, sed quia
voluit. Mortuus est, sed quia voluit. In illius potestate erat,
sic vel sic affici vel non affici. Anima & caro Christicum ver-
bo Dei una persona est, unus Christus est. Ac per hoc ubi
summa potestas est, ibi secundum voluntatis nrium tracta-
tur infirmitas: hoc est, turbauit semetipsum. Hac Augu- De Ciuit:
stinus. Et adhuc alio in loco. Ipse Dominus Iesus in forma Dei li. 14.
seruiagere vitam dignatus humanam, sed nullum habens om- cap. 9.
nimo peccatum, affectiones humanas adhibuit, ubi adhibendas
esse iudicauit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus,
& verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cùm